

EKSAMEN I LAT2403 HISTORIESKRIVERE HØST 2011
Det humanistiske fakultet

Oppgaven består av 1 side.

Onsdag 21. desember 2011 (4 timer)

Uten ordbok

Alle spørsmål skal besvares

1) Oversett fra Livius: *Liber XXI 35* (*Hannibal har trosset tallrike angrep fra fiendtlige stammer og uveisomt terreng og har nådd toppen av Alpene med hæren sin.*)

Fessis taedio tot malorum niuis etiam casus, occidente iam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adiecit. Per omnia niue oppleta cum signis prima luce motis segniter agmen incederet pigritiaque et desperatio in omnium uoltu emereret, praegressus signa Hannibal in promuntorio quodam, unde longe ac late prospectus erat, consistere iussis militibus Italiam ostentat subiectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos, moeniaque eos tum transcendere non Italiae modo sed etiam urbis Romanae; cetera plana, procliuia fore; uno aut summum altero proelio arcem et caput Italiae in manu ac potestate habituros.

2) Gi et kort riss av de historiske begivenheter som Livius forteller om i 21. bok.

3) Oversett fra Tacitus: *Liber XV 57*:

Atque interim Nero recordatus Volusii Proculi indicio Epicharin attineri ratusque muliebre corpus impar dolori tormentis dilacerari iubet. at illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a femina spernerentur, pervicere, quin obiecta denegaret. sic primus quaestionis dies contemptus. postero cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellae (nam dissolutis membris insistere nequibat), vinclo fasciae, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellae restricto indidit cervicem et corporis pondere conisa tenuem iam spiritum expressit, clariore exemplo libertina mulier in tanta necessitate alienos ac prope

ignotos protegendo, cum ingenui et viri et equites Romani senatoresque intacti tormentis carissima suorum quisque pignorum proderent.

4) Sammenlign språk og stil hos Livius og Tacitus og pek på forskjeller.

KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN!

SIDE 1 AV 1